



INSTRUMENTUM
DONATIONIS ET AUTHENTICÆ
PROBATIONIS
INSIGNIUM RELIQUIARUM
S. P. N.

AUGUSTINI,
Ex Monasterio Speciosæ Vallis
in Franconiâ.



OS BENEDICTUS ABBAS
Exempti Monasterij B. V. de Speciosâ
Valle, Ordinis Cisterciensis, &c. Om-
nibus ac singulis præsentis litteras lectu-
ris fidem indubiam facimus, qualiter ad maiorem Om-
nipotentis gloriam, Sanctorumque suorum venerationem insignes Reliquias S. P. AUGUSTINI
Episcopi, è summo Altari Ecclesiæ nostræ Schön-
thalensis desumptas, & Abbatiali Sigillo obsignatas,
ad effectum apud se retinendi, alteri donandi, & in
Ecclesia sua ad publicam fidelium venerationem col-
locandi, & exponendi, dono dedimus ac consigna-
vimus Rever: Domino, Domino DIONYSIO, Im-
pe-

perialis Ecclesiæ ad B. V. in Wettenhausen Prælato, &c.
Testamur insuper insignes illas S. P. AUGUSTINI
Reliquias Româ ab ipsomet Godefrido S. Memoriz
Episcopo ac Principe Bambergensi & Herbipolensi
allatas, & in Allodiali ipsius arce Aschhusanâ supra
Sacelli Domestici aram publicæ venerationi ab Eo-
dem expositas, tandem Anno 1657. sub Prædecesso-
re nostro D. Christophoro p. m. Abbate ad Specio-
sam Vallem, unâ cum arce & pluribus Sanctorum Re-
liquiis solemniter devenisse, præsentibus huic solem-
nitati Illustrissimâ Dominâ Mariâ Amaliâ Löschvvi-
zin de Guttenberg, præfati Celsissimi Principis Go-
defridi Fratriâ, & Illustrissimo Domino Belliduce de
Thüngen, ejus Domina Coniuge, ac Nuru de Mes-
selhausen, uti & Domino Textore, SS. Theologiæ
Doctore, & hodie adhuc Celsissimi Principis Bam-
bergensis Consiliario Ecclesiastico, quibus omnibus, &
aliis plurimis præsentibus prædictus Prædecessor noster
D. Christophorus p. m. Abbas cistulam referavit, S. Re-
liquias monstravit, & cum iisdem publicam impertivit
Benedictionem. Ut autem omnimoda his sanctis Reli-
quiis adhibeatur fides, Testamur insuper Rever. Domi-
num Suffraganeum Herbipolensem, Melchiorem Söll-
ner, SS. Theol. Doctorem postea cum famâ sanctitatis
mortuû, ad Speciosam nostram Vallem pervenisse, ibiq;
monstratas S. AUGUSTINI, & aliorû Sanctorum Re-
liquias tanquam veras agnovisse, & ob eam maximè cau-
sam,

ſam, quòd piiffimæ memoriæ Epifcopo ac Principe Go-
defrido allatæ fuerint, non tantùm comprobâſſe, ſed
etiã aliquas particulas è S. AUGUSTINI, Epifcopi, & S.
Maximi Epifcopi Trevirenfis Reliquiis, ſecum ad Ec-
cleſiæ Burckheimenſis conſecrationem deportâſſe. Inde
dictas S. AUGUSTINI & aliorũ SS. Reliquias ex conceſſio-
ne Reverendiſſimi D. Suffraganei hætenus ſemper ha-
buimus ſumò Eccleſiæ noſtræ Schõnthalenſis Altari in-
cluſas, & publicæ omnium venerationi expoſitas. Hæc
ſcimus, & atteſtamur, neque ullius impoſturæ concipien-
da prudens ſuſpicio, cùm & Celiſſimus Epifcopus Go-
defridus & ipſius Suffraganeus Rev. D. Melchior Söllner
in Diœceſi noſtra Herbipolenſi ſint cum ſanctitatis nota
defuncti, & proinde omni exceptione majores. In quo-
rum fidem has præſentes litteras manu noſtrâ ſubſcrip-
tas, & Sigillo noſtro firmatas expediri juſſimus. Datæ in
Monasterio noſtro Specioſæ Vallis die 29. Febr. Anno
Milleſimo, Sexcentefimo, Octuageſimo Quarto.

BENEDICTUS ABBAS

in Specioſâ Valle.

[L.S.]

Quòd præſens Inſtrumentum apographum autographo donationis,
per Reverendiſſimum D. Franciſcum, p. m: Abbatem Monasterij Specioſæ
Vallis factæ, & per Succellorem ejus, Reverendiſſimum D. Benedictum,
ejusdem Celeberrimi Monasterij Abbatem confirmatæ, per omnia conſo-
net, teſtor

AUGUSTINUS ERATH, C. R.
SS. Theol. Doctor, Proto-Nota-
rius Apoſtolicus.